

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruicium k
cum fonte primo

Deus
sustinet ut corrigat, flagellat ut
erudiat, probat ut prestet.

Si fas est ut celum non cooperiat
terram, potest fieri ut Dominus non
protegat sibi purissime
seruientem.

Cassiodorus super Psalmum CII.

Qua comparatione illud quoque
significatur, quia sicut caelum terras
operit et competentia beneficia
temporibus suis homini tribuit, modo
pluuias influendo, modo praestando
serena, modo ipsum aerem uentis
saluberrimis temperando; ita et
misericordia Domini fragilitati nostrae
noscitur diuersa praestare;
sustinet enim ut corrigat, flagellat ut
erudiat, probat ut praestet
et per diuersas operas beneficiorum una
uoluntas est subuenire peccantibus. Sed
ut totius sententiae uirtus possit intellegi,
breuiter dicendum est:
si fas est ut caelum non cooperiat
terras, potest fieri ut Dominus non
protegat sibi purissime
seruientes.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio
Psalmorum*, 102, 11 (CCSL 98, M.
Adrien ed., p.918, ll.179-189).